



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

XXXVIII. Apud Compendium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

re debuerant, fecit & facit contra illam legem quam Deus primò in paradiſo pri-
mis hominibus dedit, & quam in evange-
lio per praſentiam carnis cum hominibus
habitans renovavit & confirmavit, quæ
ad omnes homines pertinet qui secundum
Deum legitimo utuntur coniugio. unde &
universaliſ Ecclesia Dei pulsatur, & ſacer-
dotes ſunt dehonorati, & populus Chri-
ſtianus ſicut de mali morbi contagio eft
maculatus. Propterea quod Deus dixit,
Diligēs p̄oximum tuum sicut teipſum, &,
ſicut ſcriptum eft, *Ipſe oſ noſtrum & caro noſtra eft*, & Ecclesia nobis & illi commiſſa
& regnum unum eft, & populus ac Chri-
ſtianitas una eft, conſideravimus ut ad il-
lum Miſſos noſtrós mittamus, & ei tale

conſilium mandemus qualiter & ipſe co-
ram Deo ſalvus & coram ſeculo ho-
noratus eſſe valeat, & Ecclesia & regnum, quod
illi ad ſalvationem commiſſum eft, ſoli-
dum eſſe poſſit, & populus Dei ſalvus ſit,
& legem ac iuſtiā & pacem ac tran-
quillitatem habeat.

VII.

Quia etiam ipſe ſuos Miſſos ad nos tran-
ſmiti quaſi conſilium querens, per noſtrós
Miſſos, & de his unde nobis mandavit,
quantum nobis Dominus dedit, ei verum
& ſincerum conſilium remandamus, & ta-
lem voluntatem noſtrā eſſe erga eum
ſicut vobis dicimus, illi per eosdem Miſſos
noſtrós mandamus.

TITVLVS XXXVIII.

Apud Compendium.

CAPITVLA KAROLI REGIS IN COMPENDIO
facta anno regni ejus XXVIII. Indictione XV.

C A P. I.

VT Miſſi noſtri per civitates & ſin-
gula monaſteria tam Canoniconum
quam monachorum ſive ſanctimonialium,
vnā cum Epifcopo parrochiae uniuerſuſque
in qua conſilunt, cum conſilio etiam
& conſenſu ipsius qui locum retinet, vitam
ibi degentium & converationem inqui-
rant, & ubi neceſſe eſt corrigan, & ubi
definiri, congruaſ officinas conſtruere ju-
beant; & ubi ſunt faſtæ, & per negle-
giā ſunt deſtructæ, inſtaurari preſcipiant,
& viētum, ac potum, & veſtitum, atque
cetera neceſſaria, pro qualitate & poſſibili-
tate loci & inhabitantium neceſſitate ordi-
nent; & hoſpitalitatē ſupervenientium
hoſpitorum, & receptionem pauperum ibi-
dem diſponant & ordinent. Ecclesiæ quo-
que luminaria & ornatum debitum ordi-
nent; & theſaurum, ac veſtimenta, ſeu
libros diligenter inbrevent, & breves no-
bis reportent. Inbrevient etiam quid unuſ-
quisque Eccleſiarum p̄aſtus, quando
p̄aſtationem Eccleſia ſuſcepit, ibi inve-
nerit, & quid modō exinde ibi minū ſit, vel
quid & quantum ſit ſuperadditum.
Quid etiam Nortmannis per noſtrā

commendationem ſive ſine noſtra com-
mendatione datum ſit, quidve relictum,
vel quid à quoquā in eleemosyna datum.
Numerum etiam Canoniconum & mona-
chorum ſive ſanctimonialium uniuersuſque
loci deſcribant, & nobis referant; ut
ſecondum qualitatē & quantitatē loci,
cum conſilio Epifcoporum & fideliū noſ-
trorum, ubi minor numerus fuerit, no-
ſtra auſtoritate addamus; ubi verō in-
diſcretione prelatorum ſuperfuerit, ad men-
ſuram redigamus. Inquierant quoque quot
tempore avi noſtri Karoli & Domini geni-
tioris noſtri Hludowici unoquoque in lo-
co fuerint, & quot modō ſint; & ubi lo-
ca à Nortmannis ſive à quibuslibet aliis de-
ſtructa ſunt & penitus adnullata, quot ibi
nunc propter paucitatem rerum & de-
vastationem eorundem conſlitui vel ordinari
poſſint; ut inde cum conſenſu fideliū noſ-
trorum ordinem quid de cetero agen-
dum ſit. Et qualiter abbatiarum prelati,
& in locis ſacris inhabitantes, de his qua-
Miſſi noſtri p̄aſceperunt obedierint, no-
bis diligenter & capitulatim referatur.

II.

Vt Miſſi noſtri diligenter inveſtigent per
ſingula parrochias, ſimil cum Epifcopo,



de monasteriis quæ Deum timentes in suis proprietatibus ædificaverunt, & ne ab heredibus eorum dividerentur, parentibus & prædecessoribus nostris sub immunitatis defensione tradiderunt, & postea in alio dem sunt data: ut describant quæ sint, & à quo vel quibus in proprietatem data sunt, & nobis renuntiare procurent; ut cum Episcopis & ceteris fidelibus nostris consideremus quid & qualiter inde secundum Dei voluntatem & nostram salutem agere debeamus.

III.

Vt Missi nostri per singulas parochias unà cum Episcopo parrochias ipsius requirant de capellis & abbatiolis ex casis Dei in beneficium datis, qualis censuS inde exeat, ut Ecclesia de qua sunt exinde vestituram habere possit, & nobis renuntient; ut hoc nostra auctoritate commendet atque firmetur, & secundum qualitatem & quantitatem loci Clericos & luminaRIA ibi ordinent, & loca restaurari faciant.

IV.

Denuntiandum est omnibus, & à Missis nostris ordinandum, ut omnes Ecclesiæ & Presbyteri sub immunitate ac privilegio & ordinatione atque dispositione Episcoporum singularum parochiarum, in quibus consuntur, secundum auctoritatem canonicaM & Capitularia Domini Karoli Imperatoris avi nostri & pij Augusti Hludouici Domni & genitoris nostri permanent.

V.

Vt Missi nostri diligenter investigent cum Episcopo & prælati monasteriorum, & per fideles & strenuos viros in unaquaque parochia, de rebus ecclesiasticis in eadem datis, & sicut evidenter & veris indiciis ac auctoritatibus compererint, diligenter à quo & quibus date sint, vel quantum exinde sit describant, & nobis renuntient.

VI.

Vt Missi nostri expresse & cum omni diligentia cum Episcopo & prælati monasteriorum per singulas parochias requirant de rebus ecclesiasticis unde nona & decima solvi debent & non solvuntur, & persolvi ab easdem res retinentibus faciant, & si aliqua contradicatio, quæ rationabilis videatur, oborta fuerit, describatur; & prælaus ipius causa Dei unde res esse noscuntur, & ille qui eas detineret, & nonam ac decimam solvere detrectat, si-

mul cum Missis nostris ad nostram jubeatur venire presentiam; ut tunc veritate comperta, & diffinitione decreta, quod rationabiliter invenerimus, inde præcipiamus. Volumus etiam ut investigent Missi nostri qualiter illi qui easdem res ecclesiasticas, unde decimas dantur sive non dantur, illas salvas habeant, & in casticiis, & in filiis custoditis, vel si terre aut mancipia inde perdita sunt, vel aliquid hujusmodi, aut si familia oppressa sit contra legem, & omnia per breves nobis renuntient.

VII.

Vt Missi nostri per singulas parochias Comitibus & reipublicæ ministris ex banno nostro præcipiant ne malla vel placita in exitibus & atris Ecclesiarum & Presbyterorum mansionibus neque in dominicis vel festis diebus tenere præfumant. Sed Comes convenientem locum consideret & inveniat ubi stationem ad mallum rendendum constituat: quia nefas est ibi reos puniri ubi respectu divina reverentia misericordiam consenti fidelium nostrorum & decreto prædecessorum nostrorum consequuntur.

VIII.

Vt Missi nostri Comitibus & omnibus reipublicæ ministris firmiter ex verbo nostro denuntient arque præcipiant ut à quarta feria ante initium quadragesimæ, nec in ipsa quartâ feria, usque post octavas Pascha, mallum vel placitum, nisi de concordia & pacificatione discordantium, tenere præfumant. Similiter etiam à quarta feria ante nativitatem Domini usque post consecratos dies obseruent. Necnon & in jejuniis quatuor temporum, & in rogationibus, simili obseruatione eodem feriatis dies venerari omnimodis studeant.

IX.

Vt Missi nostri omnibus per singulas parochias denuntient quia si Episcopus aut minister Episcoporum pro criminibus colonos flagellaverint cum virgis propter metum aliorum, & ut ipsi criminosi corriganter, cum tali discretione sine ulla occasione indebita, sicut in synodo conlocutum est, & vel inviti penitentiam temporaliter & corporaliter agant, ne æternaliter pereant, si seniores ipsorum colonorum indignè tulerint, & aliquam vindictam inde exercere voluerint, aut eodem colonos ne distingantur contendere præsumperint, sciant quia & bannum no-

strum component, & simul cum excommunicatione ecclesiastica nostram har-
miscaram durissimam sustinebunt.

X.

Vt Missi nostri omnibus reipublicæ mi-
nistris denuntient ut Comes vel reipublicæ
ministri simul cum Episcopo uniuscujus-
que parochie sint in ministeriis illorum
quando idem Episcopus suam parochiam
circumierit, cum Episcopus eis notum fe-
cerit: & quos per excommunicationem
Episcopus adducere non potuerit, ipsi re-
gia auctoritate & potestate ad peniten-
tiam atque rationem vel satisfactionem
adducant.

XI.

Sciant etiam fideles nostri quia conce-
fimus in synodo venerabilibus Episcopis

ne super beneficia ecclesiastica vel præ-
starias, etiam si Episcopus aut quilibet mo-
nastrorum prælatus inrationabiliter pe-
tierit, præcepta confirmationis nostræ ul-
lo modo faciamus. & ideo ab inrationabili
petitione se unusquisque compescat.

XII.

Vt Missi nostri omnibus per illorum mis-
faticum denuntient ne commutations
rerum vel mancipiorum quilibet prælatus
earundem rerum ecclesiasticarum sine li-
centia vel consensu nostro facere præfa-
mat, neque mancipia ecclesiastica quis-
quam nisi ad libertatem commutet. Vide-
licet ut mancipia quæ pro ecclesiastico da-
buntur, in Ecclesiæ servitute permaneant;
& ecclesiasticus homo qui commutat
fuerit, perpetua libertate fruatur.

TITVLVS XXXIX.

Apud sanctum Arnulfum.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXVIII.

Indictione prima, Metis civitate, apud sanctum Arnulfum, hæ pactiones inter
Hludovicum & Karolum glorioſos Reges factæ sunt, his presentibus, Hinc-
maro Archiepiscopo, Luitberto Archiepiscopo, Alfrido Episcopo, item Hinc-
maro Episcopo, Vitgario Episcopo, Odone Episcopo, regni Karoli glorioſi
Regis XXIX.

A Modo & deinceps ad Dei voluntati-
tem & sanctæ Ecclesiæ restauratio-
nem & honorem atque defensionem & ad
nostrum communem honorem & salva-
mentum atque profectum, & ad salvatio-
nem ac pacem Christiani populi nobis
commisisti, isti fratri meo Karolo & confi-
lio & auxilio in vera fraternitate, quantum
Deus mihi scire & posse dederit, fidelis
adjuvator ero. Et si Deus nobis amplius ad-
huc de regnis nepotum nostrorum dona-
vent, & in acquirendo, ac in dividendo,
sicuti plus æqualiter aut nos aut nostri
communes fideles invenerint, quos com-
muni consenſu elegerimus, & in ipſa di-
visione conſentiendo, & in habendo, & in

conſervando atque defendendo, tam iſtud
quod habemus quām & quod nobis de
præfatis regnis Dominus conſeffeſit, abſ-
que dolofite aut deceptione vel ſuper-
abreptione illi ſincerus auxiliator & co-
operator ero, ſicut verus frater vero fratri
per rectum eſſe debet; in hoc ut ipſe ſimi-
liter erga me conſerver. Mundeburdem
autem & defensionem sanctæ Romanæ
Ecclesiæ pariter conſervabimus; in hoc ut
Romani Pontifices nobis debitum hono-
rem conſervent, ſicut eorum antecelfores
noſtris antecelforibus conſervaverunt. Si
me Deus adjuvet & iſti sancti.

Similiter & Karolus Hludovicus promiſit.



TITVLVS